



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. I. Perfectio bonæ voluntatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

OFFICII-
ZUM SPI-
RITUA-
LE.

men se à Deo exauditum iri; alter
verò pro re minima postulareret,
sed non plenam fiduciam haberet
erga Dominum: ille qui rogaret
pro re maxima ac difficili, multò
citiùs ob meritù fiducię suę exau-
diretur, quàm alter qui rem modi-
cam modicâ fiduciâ postulareret.

2.
Semper
obtinobit
quod pe-
tit, aut
quod me-
lius &
ad salu-
tem uti-
lim.

Si fortè piè petis ea quę tibi
utilia non sunt, dabit Deus quę
sunt utilia. Amantissimus Pater
est: dum postulas aureum spiri-
tuale, si denegat quod postulas,
facit hoc propterea, quòd tu par-
vulus nescires huiusmodi num-
mo bene uti: quoties tamen u-
num petis aureum, toties ille ti-
bi centum reponit in cælis. Fieri
non potest, ut etiam minima pre-
catiuncula ritè fusa, aut minimus
gemitus, minimumve suspirium
ad Deum piè emissum grandi fru-
ctu careat.

3.
Intelle-
tu &
spiritu
pariter,
quàm
corporeis
imagini-
bus oran-
du est
Deus.
Joan. 4.

Recita frequenter præcellen-
tissimam illam atq; suavissimam
precationem, quam Dominus no-
ster Iesus Christus sacro ore suo
pronuntiavit, ac nos edocuit.
Et orando Deum, non imagine-
ris eum esse corporeum ac visibi-
lem; sed credens illum esse spiri-
tum, adora & precare in spiritu
& veritate. Concipe eum mente
ut supersubstantialem substan-
tiam: contemplare eum ut sum-
mam bonitatem summamque
charitatem, & intellectualem lu-
cem summè amabilem. Filium
tamen Dei, qui pro te factus est
homo, attende atque intueri ut
Deum & hominem.

CAPVT VII.

Imperfectorum bonę voluntatis
consolatio.§. I. IMPERFECTIO IN OMNIBVS
ALIQUA.

1. Nam etiam in magnis servis suis nervos ma-
nere permittit Deus:

2. Ne aliquis in vanam sui complacentiam
delabatur.

§. II. BONA VOLUNTAS.

1. Nunquam eam abiecit Deus, ne quidem in
imperfectis.

2. Et quid ea sit.

3. Quantum ab eâ pondeat operum nostrorum
prestantia.

§. III. MORTIFICATIO.

1. Interna mortificatio necessaria est, & ab om-
nibus Sanctis exercitata: exterior non item; quã-
vis valde utilis sit.

2. Et pia gratulatione aliorum austeritas potest
feri nostra.

3. Humilitas imperfectos inter filios parvulos
Dei collocabit.

§. IV. VNIO OPERVM CVM CHRIS-
TI MERITIS.

1. Bona voluntas in seipsâ pauperula, in Chri-
sto diuissima.

2. Ora igitur, ut suâ abundantia Christus sup-
pleat penuriam meritorum tuorum.

3. Neque enim negabit Deus quod in Filij sui
nomine petitur.

4. Optimum igitur, opera tua cum Christi ope-
ribus & passionibus coniungere.

§. I. PERFECTIO BONÆ
VOLUNTATIS.

SI non potest esse perfectus sicut
Sopras, humilia te ipsum, & re-
signatus esto. Gratulare ex ani-
mo his qui perfecti sunt, Deum-
que glorifica, & ei gratias age pro
illorum perfectione. Solet verò
Dominus permittere, ut in plerif-
que electis suis sibi charissimis
semper aliquid vitii atque imper-
fectionis resideat, quòd sibi ipsis vi-
lescant, & humiles permaneant.

Reverà

SPECU-
LUM SPI-
RITUA-
LE.

Révèrà quidam † sanitatem ani-
mæ consecuti sunt, atque ad eum
virtutis gradum conscenderunt,
ut mortem ipsam fidenter subi-
rent potiùs, quàm in Deum scien-
tes ac volentes peccarent: & tam-
en ipsi ignorantes se sanos esse,
semper timent atque anguntur,
nec aliud sibi persuasum habent,
nisi quodd debiles sint & infirmi.

Z.
Ne su-
perbiant,
& ut se
in Dei
volunta-
tem resi-
gnent.

Benignissimus sapientissimus-
que Conditor ex magna fidelita-
te & dilectione, quam erga eos
habet, huiusmodi ignorantiam,
metù & pressuram in eis, quam-
diu vivunt, relinquit. Satis enim
ei perspectum est, illos ad eò fra-
giles esse, ut si se convaluisse pro-
comperito haberent, statim ad se-
ipsum cum vana sui complacentia
reflexerentur. Bonum illis est
eam perferre miseriam, in qua se-
se Deo humiliter resignant. Illos

* Pufil-
lanimes
bonæ
volun-
tatis in
vita se-
let De-
In mor-
te solà-
tis do-
nare.

* tamen sub mortem ab hujus-
modi ignorantia & longi tene-
bris pius Dominus eripere con-
suevit: donans illis firmam erga
se fiduciam, in qua etiam felici-
ter ex hac luce emigrant.

§. II. BONÆ VOLUNTATIS
VIRTUS

1.
Deum nō
abiciet
bonam
volunta-
tem.

Nullo pacto diffidere debes,
propterea quod imperfectus sis:
Deus enim abicere non potest
hominem bonæ voluntatis. Ipse
penitus novit infirmitatē tuam,
& te blandē consolatur in Evan-

Quia nempe status gratiæ, & animæ
sanitas, excludit quidem peccatum mor-
tale, sed non omnes morbos & navos veni-
ales. Et sic Sani dicuntur, quia carent cul-
pa mortali; & simul infirmi, quia non ca-
teat culpa veniali.

gelio, ubi sancti Angeli narran-
tur Christo nato cecinisse verba
ista optatissima, *Pax hominibus bonæ
voluntatis.* Non dixerunt, Pax
hominibus magnæ vel perfectæ
sanctitatis, (quàmquam si hoc
dixissent, id quod maximè ve-
rum est, dixissent;) sed ut etiam
infirmi ac pusilli, qui bonæ vo-
luntatis sunt, consolationem ac-
ciperent, læti, dixerunt, *Pax ho-
minibus bonæ voluntatis.*

Luc. 24

Si facis rationabiliter * quod
in te est, & Deo placere verè desi-
deras; Deus haud dubiè conatū,
laborem, desiderium & bonam
voluntatem tuam eximiè aliquā.
do coronabit, etiam si piis operi-
bus, exercitiis, atque orationibus
tuis magna inæqualitas adiun-
cta, & multi defectus permisti
sint. Quamdiu enim non avertis
voluntatem tuam à Deo, & sæ-
piùs doles atque ingemiscis pro-
pter imperfectionem ac multipli-
ces offensas tuas, Deus pro ines-
tabili bonitate sua reputat opera
tua digna æterna remuneratione.
Quamdiu, inquam bonam vo-
luntatem retines, & humilitati
ceterisque veris virtutibus das o-
peram, atque à peccatis sedulò
abstines; places Deo, & in bona
conscientia tua, tanquā in amœ-
na paradiso, jucundè commorari
potes.

2.
In quo
consistat
bona vo-
luntas.
* Cum
auxiliis
gratiæ
faciens
quod in
se est,
corona-
bitur à
Deo ob
bonam
volun-
tatem
in eo
quod
facere
non po-
test.

Certè bona omnia ex volun-
tate dependent: & quando hu-
militatem, charitatem, vel quas-
libet alias virtutes habere appe-
tis, & id tota voluntate vis, facis-

3.
Ab ea
pendet
perfectio
& valor
operis.